Processus fulminatus super capellania Sti [illegible] de Maella

S-IV, 103-6

GOBIERNO DE ARAGON

Rmo in christo Patri et domino domino Dei et apostolice Sedis gra
Archiepiscopo Cesaraugustano eiusque in spiritualibus et tempo
ralibus vicarijs et officialibus generalibus nec non venerabilibus et
circumspectis viris dominis abbatibus prioribus prepositis deca
nis archidiaconis cantoribus scolasticis thesaurarijs plebanis vi
ceplebanis ceterisque presbiteris clericis curatis et non curatis notarijs
et tabellionibus quibuscumque per civitatem et diocesim Cesaraugustan
et alis ubilibet constitutis et constituendis ad quem seu quos pre
sentes nostre litere seu presens noster processus pervenerint seu quo
modolibet presentate fuerint seu presentatus fuerit quibuscumque no
minibus censeantur et quacumque prefulgeant dignitate Frater
Joannes Cortes Prior maior conventus Sancti Joannis ville de
Caspe ordinis et religionis sacre domus hospitalis Sancti Joannis
hierosolimitani Judex et executor ad infrascripta una cum alijs
nostris in hac parte collegis cum illa clausula et eorum cuilibet
a Sancta Sede apostolica specialiter deputatus Salutem in domino et
nostris huiusmodi immo verius apostolicis firmiter obedire mandatis
Literas Reverendissimi in Christo patris Raynutij miseratione
divina tituli Sancti angeli presbiteri Cardinalis officium penitentiarie
in Romana curia regentis eius vera bulla sigilli cera rubea impressa
in capsa oricalqui cum filis sericeis rubei coloris et fili auri impendente sigillata
more Romane curie impendenti sigillatas pergameno scriptas sanas
siquidem et integras non viciatas non cancellatas nec in aliqua ear
parte suspectas sed omni prorsus vitio et suspectione carentes
ut in eis prima facie apparuit nobis per procuratorem Illustris
domini Don Joannis perez de almaçan domini in temporalibus op
pidi de maella Cesaraugustan dioc in eisdem literis apostolicis princi
paliter nominati coram notario publico et testibus infrascriptis
presentatas nos qua decuit reverentia recepisse noveritis huiusmodi
sub tenore Raynutius miseratione divina tituli sancti angeli
presbiter Cardinalis dilecto in Christo Don Joanni perez de almaçan
domino in temporalibus oppidi de maella Cesaraugustan dioc Salutem
in domino Sincere devotionis affectus quem ad Romanam geris eccle
siam non indigne promeretur ut petitionibus tuis presertim
quas ex devotionis fervore prodire conspicimus quantum cum deo
possumus favorabiliter annuamus Sane exhibite nobis nuper
pro parte tua petitionis series continebat quod tu ex eodem devotionis
fervore desideras in arce seu castello dicti oppidi unam capellam
erigere et fundare ac in ea per presbiteros idoneos et sufficientes
clericos et cantores per te pro tempore eligendos missas et alia di
vina officia celebrari facere quod tibi licere dubitas absque sedis apo

stolice licentia speciali quare supplicari fecisti humiliter tibi super
his per nos de opportuno remedio misericorditer provide
ri. Nos igitur tuis in hac parte supplicationibus inclinati aucto
ritate domini Pape cuius penitentiarie curam gerimus et de eius
speciali mandato super hoc vive vocis oraculo nobis facto tibi ut
in arce seu castello huiusmodi dictam capellam erigere et fundare seu ea
iam forsan sub invocatione Sancte anne erectam ampliare et ree
dificare ac in decentiori forma redigere et ornare nec non in ea ca
pellanos idoneos et sufficientes clericos et cantores ad id per te et
tuos in predicto oppido successores pro tempore eligendos ponendos
et amovendos missas et alia divina officia celebrare facere or
dinarij loci vel cuiusvis alterius licentia super his minime requisi
ta libere et licite possis et valeas tuique successores tui possint et
valeant tenore presentium perpetuo indulgemus ac plenam et liberam
ad id concedimus facultatem Sicque per quoscumque judices et personas
quavis etiam apostolica auctoritate fungentes sublata eis et eorum cuilibet
quavis aliter judicandi interpretandi et diffiniendi facultate et
auctoritate judicari interpretari et diffiniri debere irritumque
et inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scien
ter vel ignoranter contigerit attemptari decernimus Quocirca
Reverendo in Christo patri domino Alfonso Carrafa eadem miseratio
ne divina sanctorum Joannis et Pauli diacono cardinali Camere
apostolice regenti et discretis viris monasterij Sancti Joannis Hiero
solimitani oppidi de Caspe Cesaraugustan' dioc' per priorem gubernari
solito et ecclesie beate marie de pilari Cesaraugustan' dioc' prioribus
et eorum cuilibet auctoritate et mandato predictis committimus et
mandamus quatenus ipsi vel alius seu alij eorum tibi et successoribus tuis
predictis in premissis efficacis deffensionis presidio assistentes fa
ciant te et eosdem successores tuos indulto concessione et decreto ac
omnibus et singulis alijs premissis pacifice frui et inviolabiliter gau
dere non permittentes te et eos super eisdem premissis vel eorum occasio
ne per loci ordinarium vel eius in spiritualibus vicarium seu officialem etiam
generalem aut quoscumque alios ecclesiasticos seculares judices et per
sonas nunc et pro tempore existentes cuiuscumque dignitatis status
gradus ordinis vel conditionis fuerint et quamvis etiam pontificali
prefulgeant dignitate vel apostolica etiam auctoritate fungantur pu
blice vel occulte tacite vel expresse directe vel indirecte quovis que
sito colore vel ingenio aut alias quomodolibet indebite molestari
perturbari aut inquietari contradictores et rebelles per censuram
ecclesiasticam et alia juris opportuna remedia appellatione postposita
compescendo invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij
secularis non obstantibus apostolicis ac in provincialibus et sinodalibus

concilijs editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordina
tionibus ac etiam juramento confirmatione apostolica vel quavis fir
mitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contra
rijs quibuscumque. Dat' Rome apud sanctum petrum sub sigillo offitij
penitentiarie idibus augusti pontificatus domini Pij pape
quarti anno primo. A. Gaillart Aug. Hie/ru Centum [illegible] P. de
pamphilijs A. Cimis / pro sigillo expedito tercentos. p. Ximenez
A. ga. A. Centum R.um [illegible] M. bizen. Postquarum
quidem literarum apostolicarum presentationem et receptionem no
bis et per nos ut premittitur factas fuimus pro parte dicti don
Joannis perez de almacan in dictis et desuper insertis literis aposto
licis principaliter nominati debita cum instantia requisiti qua
tenus eundem don Joannem perez de almacan et successores suos
in dicto loco in dicto concessione decreto ac omnibus et singulis
alijs in preinsertis literis apostolicis contentis pacifice frui et invio
labiliter uti et gaudere faceremus et ad ulteriorem executionem
dictarum literarum apostolicarum et contentorum in eis [illegible] pro
cedere dignaremur juxta traditam seu directam per easdem lite
ras apostolicas nobis formam Nos igitur frater Joannes Cortes
Prior executor apostolicus prefatus attendentes requisitionem hu
iusmodi fore justam et rationi consonam volentesque mandatum apo
stolicum predictum nobis in hac parte directum reverenter exequi
ut tenemur Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa qua fun
gimur in hac parte vos omnes et singulos supradictos quibus prese(ntes)
nostre processus diriguntur et quoscumque alios tenore presentium re
quirimus et monemus primo secundo tertio et peremptorie communiter
vel divisim vobisque et vestrum cuilibet in virtute sancte obedientie et
sub excommunicationis alijsque sententiarum penis infrascriptis precipiendo manda
mus et inhibemus quatenus eundem dominum don Joannem perez de
almacan et successores suos contra tenorem preinsertarum litera
rum apostolicarum in aliquo molestetis et inquietetis molestari
et inquietari faciatis jubeatis seu mandetis publice vel occulte
directe vel indirecte quovis quesito colore vel ingenio Immo eun
dem dominum don Joannem perez de almacan et successores suos predictis
indulto concessione et decreto ac omnibus et singulis alijs pre
missis in preinsertis literis expressis pacifice frui et inviola
biliter gaudere faciatis et permittatis Immo eis a quibuscumque molesta
tionibus vexationibus impedimentis et inquietationibus [illegible] infra sex dierum
spatium post presentationem presentium
[illegible] et desistatis cessari et desistere faciatis indilate Quod si for
te premissa omnia et singula non adimpleveritis cum effectu ac
contumaciter distuleritis adimplere seu in premissis vel eorum aliquo

per vos vel alium seu alios publice vel occulte directe vel indirecte quovis quesito colore vel ingenio comuniter vel divisim feceritis quominus ipse dominus Joannes Perez de Almaçan et successores sui prefati indulto concessione et decreto ac omnibus aliis et singulis premissis pacifice frui et inviolabiliter gaudere non possint nec valeant vel alias contra inhibitionem prenarratam eundem et successores suos seu aliquem eorum quomodolibet molestaretis aut inquietaretis nos in vos omnes et singulos qui culpabiles fueritis et generaliter in contradictores quoslibet et rebelles in hac parte ac ipsum dominum Joannem Perez de Almaçan et successores suos impedientes et impedientibus ipsis dantes auxilium consilium vel favorem publice vel occulte directe vel indirecte quovis quesito colore cuiuscumque dignitatis status gradus ordinis et conditionis existant [illegible] singulariter et singulos excommunicationis in capitula vero et collegia quecumque in his forsan delinquentes suspensionis a divinis et in ipsorum delinquentium et rebellium ecclesias monasteria capellas interdicti ecclesiastici sententias ferimus in his scriptis et promulgamus vobis Reverendissimo domino archiepiscopo Cesaraugustano dumtaxat excepto cui ob reverentiam sue pontificalis dignitatis deferimus in hac parte si contra premissa fecerit vel fieri quid mandaverit si vos vel sub se [illegible] personas cuiuscumque dignitatis status gradus ordinis vel conditionis existant ex nunc prout ex tunc et contra predicta sex dierum canonica monitione premissa ingressum ecclesiarum interdicimus in his scriptis si vero huiusmodi interdictum per alios sex dies prefatos sex immediate sequentes sustinueritis vos eisdem scriptis et canonica monitione premissa suspendimus a divinis verum si prefatas interdicti et suspensionis sententias per alios sex dies prefatos duodecim immediate sequentes animo quod absit sustinueritis indurato vos ex nunc prout ex tunc et contra predictum sex dierum canonica monitione premissa auctoritate apostolica supradicta tenore presentium excommunicationis sententia innodamus. Ceterum cum ad executionem presentium ulterius faciendam nequeamus ad presens interesse certis et aliis prepediti negotiis universis et singulis dominis abbatibus prioribus prepositis decanis archidiaconis scolasticis thesaurariis cantoribus custodibus tam cathedralium quam collegiatarum canonicis parrochialiumque ecclesiarum rectoribus et locatenentibus eorumdem plebanis vicepleabanis [illegible] presbiteris clericis notariis et tabellionibus publicis quibuscumque per civitatem et diocesim Cesaraugustanam ac alias ubilibet constitutis et eorum cuilibet in solidum super [illegible] executione premissa facienda auctoritate apostolica tenore presentium committimus vices nostras donec eas ad nos duxerimus revocandas quos et eorum quemlibet in solidum

requirimus et monemus primo secundo tertio et peremptorie comuniter et divisim ac eis et eorum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena quam in eos et eorum quemlibet prefatis sex dierum canonica monitione premissa ferimus in his scriptis nisi fecerint que eis committimus et mandamus districte precipiendo mandantes quatenus infra sex dies post presentationem seu notificationem presentium et requisitionem pro parte dicti domini de Joannis Perez de Almaçan eis vel eorum alteri factam immediate sequentes quos sex dies eis et eorum cuilibet pro omni dilatione termino peremptorio ac monitione canonica assignamus ita tamen quod in his exequendis alter vestrum alterum non expectet nec unus pro alio [illegible] se excuset ad vos universos et singulos supradictos nec non ecclesias ipsas capellas personas et loca alia de quibus quando et quotiens expedierit personaliter accedant et prefatas literas apostolicas huiusmodique nostrum processum vobis universis et singulis supradictis communiter vel divisim legant intiment insinuent et fideliter publicare procurent et dictum dominum de Joannem Perez de Almaçan et successores suos in dicto loco dictis decreto indulto et concessione frui et gaudere inviolabiliter faciant et procurent pacifice et omnibus aliis premissis in presentibus literis apostolicis contentis et expressatis et generaliter omnia alia nobis commissa exequantur iuxta earumdem literarum apostolicarum et huiusmodi nostri processus formam et tenorem ita tamen quod subdelegati nostri vel quicumque alii in prejudicium dicti domini de Joannis Perez de Almaçan et successorum suorum in dicto loco nihil valeant attentare [illegible] processum non intendimus nostris in aliquo prejudicare collegis quominus ipsi vel eorum quisque in huiusmodi negocio procedere valeant ut eis visum fuerit expedire servato [illegible] de nostro huiusmodi processu prefatasque literas apostolicas huiusmodique nostrum processum volumus penes dictum dominum de Joannem Perez de Almaçan et successores suos remanere et non per vos seu quemvis alium invitis contrarium vero facientes predictis nostris sententiis dicta canonica monitione premissa volumus ipso facto mandamusque copiam seu de[illegible] competentibus et habere debentibus petentium tamen sumptibus et expensis absolutionem vero omnium et singulorum qui prefatas nostras sententias vel earum aliquam incurrerint seu incurrerent quoquomodo nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus in quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes literas seu presens publicum instrumentum exinde fieri subscribi et publicari mandavimus sigilloque nostro iussimus et fecimus impendente communiri. Datum in villa de Caspe [illegible] in nostra sancti Joannis

die decimo tertio mensis novembris anno a nativitate domini millesimo
quingentesimo sexagesimo sexto presentibus ibidem pro testibus Joanne [illegible]
notario et Alfonso [illegible] laico famulantibus dicti commissarii habitatoribus
dicte ville de Caspe ad premissa vocatis et rogatis.

Vidit frater Joannes Cortes prior executor
et commissarius apostolicus prefatus.

Signum mei Sebastiani de Maçonola habitatoris
ville de Caspe auctoritatibus apostolica ubique regia
vero per totam terram et dominationem domini
nostri regis publici notarii qui premissis omnibus
et singulis interfui ut premittitur [illegible]
[illegible] una cum prenominatis testibus [illegible]
et [illegible] clausi, cum sigillis dicti domini prioris et executoris
[illegible] constat de [illegible] ubi legitur, [illegible]
[illegible] et de supraposito ubi legitur, infra sex die inmi-
[illegible] post presentium presentatione.

Leg. 2 nº 37

Comission Apostolica — Ax — proceso fulminado

Por el qual, en virtud de comision Apost.ca se concedio facultad al S.r Don Juan Perez de Almaçan para fundar la capilla en el castillo de Maella

N. 34

Maella

Ley. 2. nu. 37.